



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Fœtus inarimatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

1. **A** Bortus pertinet ad damnum propriæ personæ; nam propterea de eo hic breuiter agemus. Duplici autem procurari modo ille potest. Ex Sanchez de marit. c. lib. 9. Graff. par. 1. lib. 2. cap. 8. n. 3. Castr. Pal. d. 3. de marit. par. 4. §. 3. num. 13. multa de abortu habet Dicastil. lib. 2. de iust. r. l. 1. d. 10. d. 13. Primò indirectè, ut si prægnans sumat pharmacum tendens directè ad sanitatem, licet per accidens infuset mortem foetui siue animato, siue inanimato; & hunc abortum in directum procurat ex proportionata causa, licitè potest tum ipsa prægnans, tum alij. Nam propterea tunc fœmina ægrotrans potest sanguinem emittere, debita inedia vti, potius medicatas, ad prauos humores expellendos ordinas fumere, &c. Ratio est, quia sic, propter illam necessitatem, Abortus censetur solum permittis, non videri intentus, cum Mater suo iure vtatur sanitatem conquirendi. Quando medicamenta æquè tendunt in salutem Matris, & in mortem foetus, potest ea applicari infirmæ prægnanti; si salus infirmæ est desperata, docet probabiliter Sanchez, l. c. n. 19. etiam si dubium sit, an vitam matri allatura sint. Ratio est, quia secus, periret certò Mater, & consequenter foetus: At per illa medicamenta fortè vterque liberabitur à morte.

2. Secundò directè; ut si Medicus præciperet ebibendam potionem, directè habentem pro sua vi, fortum interirè, vel conceptionem impedire. Et quia certum est ex Sanchez, Vazq. Pont. cum Castro Pal. loc. c. n. 9. tunc esse mortale; illam absolute fure, vel propinare; quia sic vel occidit per se innocens, si fœtus est animatus; vel si nondum est informatus animas, contra finem naturæ impeditur generatio: tamen adhuc dubitatur, an aliquando liceat, quando nimirum, ni ita fiat, periculum vite subit Mæcer.

Fœtus animatus.

3. Dico primò. Si constet factum esse animatum, vel dubitetur, an animatus sit; nunquam licet. Ita Doctores citati, & citandi. Ratio est, quia non sunt facienda mala, ut eveniant bona: malum autem intrinsece est, occidere innocentem. Factum masculinum animati potest quadraginta dies, femininum post octoginta, & in dubio censeri, quoad nostrum casum, femininum, ut quo minus potest, aut gravetur delinquens, diximus *lib. 1. cap. 3. §. 7. v. irregularis, n. 2.*

Coetus inanimatus.

4. Dico secundo; Si fœtus est sine anima, aliqui affirmant in tanta Matris necessitate, licere, Ita Sanchez *Straff. l.c. Sæ. v. Hom. Scidum, Laym. lib. 3. sect. 5. t. 3. p. 5. cap. 4. num. 4.* aliquæ apud Dian. *part. 3. straff. 5. resol. 11.* Aliqui negant. Ita Filiuc. *tr. 29. c. 6. Less. lib. 2. c. 9. num. 61. & 62.* aliqæ apud eundem, *Dianam.* Vt quæque probabile. Ratio posteriorum potissimum, ducitur ab inconvenienti: nam si id liceret, licitum etiam esset, propter sanitatem direde ptocurare pollutionem; quod nemo dixit. Ratio priorum est, quia tunc fœtus est aggressor contra Matris vitam: & sicuti pravi humores possunt depelli, quia invadunt vitam; et illæ de pollutione, esse potest disparitas propter periculum apertissimum incontinentiæ, si ejusmodi licentia indulgeatur; & quia si ea pollutio permitteretur, impediretur vsus conjugalis, contenta quæ hominibus illa voluptate pollutionis licite percepta, quæ inconvenientia non inveniuntur in casu nostro.

An licitus sit abortus, ne adultera occidatur?

5. Ex dictis confurgit gravis difficultas : An quem admodum ad servandam Matris infirmæ vitam, pro-